

Q. D. B. V.,
DE
ANGELIS,

sub Praesidio
DOMINI
IVSTI VVESSELI RVMPAEI
SS. Th. Dd. et Archi-Gymnafii
Sufatensis RECTORIS
meritissimi
differec

RESPONDENS AVTHOR
IOHANNES GEORGIUS RIEGERVS,
Dinslacia Cliviacus.

Ad d. XI. Februarii 1711.

SVSATI, Literis HERMANNI,

cl. XCIX. 46.

Coll. diss. A
99, 46

ANGELIS

IVSTI WYSSSEL RUMPAE



JOHANNES GEORGIVS RIEGERVS

ANNO 1714

Tom. IV. a pag. 211. usque ad pag. 283. *Quensted. System P. I. C. 9. de Angelis* a pag. 494. usque ad pag. 509. *Aug. Pfeiffer. Dub. S. Script. vexat. cent. I. l. 45. p. 120. seqq. et 125. loc. 47. M. D. Hollatz. Exam. Theol. Acroamat. l. c. p. 580. seqq. ut et Dn. D. Niehenck in pecul. Dissert. de tribus Viris Abrahamo apparentibus Rostochii 1707. conf. etiam Iustinum Martyr in colloq. cum Tryphone. Clement. Alexandr. lib. 5. Stromat. Irenaeum lib. 4. de Trinit. p. 42. August. ferm. 70. de temp.*

Thes. III.

Aliquando tribuitur creaturis visibilibus, personis scilicet munere Ecclesiastico fungentibus, quales sunt in genere omnes verbi diuini Ministri, ad id missi, ut annuncient voluntatem DEI Es. xxxiii, 7. Mal. II, 7. Apoc. I, 20. In specie vero Iohannes Baptista Mal. III, 1. hoc insignitur nomine, quia tanquam legatus insignis praemittebatur ad viam Domino praeparandam conf: Matth. XI, 10. Marc. I, 2. Tandem vero haec vox communiter et usitate accepta notat Spiritus creatos completos, qui ad mandata diuina exequenda aliaque negotia peragenda a DEO ablegantur, et sic rursus denotatum Angelos bonos, qui directe mittuntur, quae significatio est passim obuia, tum Angelos malos, quamquam rarius, et haec acceptio est huius loci.

Thes. IV.

Varia autem partim latina, partim graeca Angelorum sunt nomina. Latinis alias dicuntur Intelligentiae, ad indigitandam eorum eximiam, qua prae aliis creaturis sunt praediti, intellectus excellentiam, ut et Mentis, Genii, substantiae intellectuales: apud Graecos vocantur *δαίμονες* quasi *δαήμονες*; i. e. scientes ac sapientes, ut ex Platone tradit *Martyr LL. class. I. c. 9. Ioh. Selden de Diis Syris Syntagm. I. c. 2. p. 121. D. I. E. Schwelingsius in διασκέψει Geniorum c. 5. p. 3. M. Georg Wonna de Geniis c. I. §. 4. Mornaenus de Verit. Relig. Christ. c. 23. p. 396. hinc pro diuersitate Angelorum facta sunt nomina specialia, ut alii *εὐδαίμονες*, alii *κακοδαίμονες* dicerentur. Vid. *B. Scheibler. Oper. Metaph. lib. 2. c. 4. p. 182.**

diuum in libello de Cherubim ac Seraphim p. 18. 19. et seq. sed est indifferens ad missionem voluntariam et seruilem. Pater autem hinc, Angelum vi vocis esse nomen officii, non naturae, fatente *Ambrosio* in Eb. I. *Beda venerab.* in cap. I. Ebr. *Isid.* L. VII. Orig. c. 5. *Augustino* Tom. VII. Oper. in Psalm. CIV. ut et B. nostro *Luthero* Tom. V. Ienensi in Conc. de Angelis: Quanquam ex usu et stylo scripturae receptissimo saepe naturam designet, conf. *M. David. Hollatz.* Exam. Theol. Acroam. part. I. c. 4. de Angelis p. 547. Stargardiae 1707, 4. quare etiam Diaboli non missi, sed sponte se ingerentes Angeli dicuntur.

Thes. II.

Hoc Angeli nomen ob latiore illam a nobis indicatam significationem non uno eodemque modo in Scriptura S. accipitur. Aliquando enim tribuitur κατ' ἐξοχὴν ipsi FILIO DEI, omnium Angelorum eminentissimo atq; potentissimo, et quidem partim ante incarnationem cum respectu tamen ad eandem, partim post incarnationem. Ante incarnationem Gen. XVI, 7. C. XVIII, 2. C. XXI, 17. C. XXII, 11. C. XXXI, 11. C. XLVIII, 16. Exod. III, 2. C. XIV, 19. C. XXIII, 20. Num. XXII, 31. et seqq. Iudic. VI, 11. et seqq. Mal. III, 1. Post incarnationem Apoc. VII, 2. C. VIII, 3. C. XX, 1. Locis autem citatis, Angelum increatum ipsum FILIUM DEI intelligi, probant nomina soli DEO propria atque creaturis incommunicabilia, probant attributa DEI essentialia, probant opera vere et mere diuina, probat denique cultus religiosae inuocationis et adorationis. Equidem negare volunt, secundam Trinitatis personam loc. cit. intelligi, *Pontificii*, ut suam eo firmiter ἀγγελολατρείαν stabiliant, *Sociniani*, ut diuinitatem Christi eludant, *Syncretistae*, speciatim *Georg. Calixtus* in Dissertat. de hac quaest. ut S. S. Trinitatis Mysterium piis V. T. fidelibus adimant. Verum enim vero non Angelum quendam creatum l. c. intelligi, sed increatum sufficienter quoad singula loca probarunt pariterque ab aduersariorum exceptionibus vindicarunt, *Bb. Calouius* System. Tom.

Tom. IV. a pag. 211. usque ad pag. 283. *Quensted. System P. I. C. 9. de Angelis* a pag. 494. usque ad pag. 509. *Aug. Pfeiffer. Dub. S. Script. vexat. cent. I. l. 45. p. 120. seqq. et 125. loc. 47. M. D. Hollatz. Exam. Theol. Acroamat. l. c. p. 580. seqq. ut et Dn. D. Niehenck in pecul. Dissert. de tribus Viris Abrahamo apparentibus Rostochii 1707. conf. etiam Iustinum Martyr in colloq. cum Tryphone. Clement. Alexandr. lib. 5. Stromat. Irenaeum lib. 4. de Trinit. p. 42. August. serm. 70. de temp.*

Thes. III.

Aliquando tribuitur creaturis visibilibus, personis scilicet munere Ecclesiastico fungentibus, quales sunt in genere omnes verbi diuini Ministri, ad id missi, ut annuncient voluntatem DEI Es. xxxiii, 7. Mal. II, 7. Apoc. I, 20. In specie vero Iohannes Baptista Mal. III, 1. hoc insignitur nomine, quia tanquam legatus insignis praemittebatur ad viam Domino praeparandam conf: Matth. XI, 10. Marc. I, 2. Tandem vero haec vox communiter et usitate accepta notat Spiritus creatos completos, qui ad mandata diuina exequenda aliaque negotia peragenda a DEO ablegantur, et sic rursus denotatur tum Angelos bonos, qui directe mittuntur, quae significatio est passim obuia, tum Angelos malos, quamquam rarius, et haec acceptio est huius loci.

Thes. IV.

Varia autem partim latina, partim graeca Angelorum sunt nomina. Latinis alias dicuntur Intelligentiae, ad indigitandam eorum eximiam, qua prae aliis creaturis sunt praediti, intellectus excellentiam, ut et Mentis, Genii, substantiae intellectuales: apud Graecos vocantur *δαίμονες* quasi *δαήμονες*; i. e. scientes ac sapientes, ut ex Platone tradit *Martyr LL. class. I. c. 9. Ioh. Selden de Diis Syris Syntagm. I. c. 2. p. 121. D. I. E. Schwelingsius in διασκέψει Geniorum c. 5. p. 3. M. Georg Wonna de Geniis c. I. §. 4. Mornaenus de Verit. Relig. Christ. c. 23. p. 396. hinc pro diuersitate Angelorum facta sunt nomina specialia, ut alii *εὐδαίμονες*, alii *κακοδαίμονες* dicerentur. Vid. *B. Scheibler. Oper. Metaph. lib. 2. c. 4. p. 182.**

ut et *Iob. Schützen* Appar. Bibl. Tom. 1. p. 213 Dresdae 1705. 8.
 Nec minus in S. Codice variis nobis proponuntur nominibus,
 saepius enim dicuntur Spiritus Ebr. I, 7. Filii DEI Iob. I, 6. astra
 matutina Iob. XXXIX, 7. Vigiles Dan. IV, 13. &c. Qualia plura
 collecta L. B. in System. pariter atque Compend. reperies.
 Caeterum an etiam singuli Angeli sua propria habeant nomina,
 quidam ex nominibus istis propriis, qualia sunt: *Gabriel, Ra-*
phael, Uriel &c. adstruere volunt, inter quos Magnif. Dn. D.
I. F. Mayerus Gryphisvv. habita in Diff. de Angelis Resp. *Gabriel*
Hertel Thes. 3. conf. etiam *Serarium* ad Iud. C. XIII, q. 14. f. 387.

Thes. V.

Supposita *ὀνοματολογία*, ad existentiam Angelorum progredi-
 mur, quae vero cum sit res e Scriptura S. luce meridiana cla-
 rior neque ab ullo facile, paucis saltem exceptis, quos Atheos,
 Epicureos, et Naturalistas appellare solemus, in dubium voce-
 tur, statim solet moueri quaestio: *An etiam, seposito verbo di-*
uino, ex lumine naturae ea probari possit? Circa quam vero quae-
 stionem non tam de ipsa Angelorum existentia, quam de demon-
 strationis potissimum principio inter Philosophos praepriis dif-
 quiri solet, utpote qui in diuersas hic abeunt sententias, aliis apo-
 dictice, aliis probabiliter tantum existentiam Angelorum e
 lumine naturae probari posse defendentibus. Priorem ample-
 ctentibus sententiam sese annummerant *Thomas* part. 1. q. 50.
Francisc. Suarezius Metaph. Disp. 35. Sect. 1. n. 3. *B. Iohan.*
Scharffius in Pneumatic. part. spec. Lib. 2. C. 2 Sect. 1. dogmat.
 praecept. I. §. 1. p. 155. *B. Scheiblerus* in Metaph. l. c. p. 183.
B. L. Meierus in Pneumat. p. 615. *Tobias Wagner* Disp. Theol.
 de Existentia Angelorum, *Donati* in Pneumat. de Angelis, *Voet.*
 Disp. select. P. V. Problem. de Angelis P. I. p. 242. *Vossius* in
 Theol. Gentil. L. 1. C. 6. *Iac. Martini* Exercit. Metaph. L. 2.
 Exerc. 3. Theor. 1. p. 537. *Cornel. Martini* Comp. Theol. p. 161.
M. Henricus Nicolai in Michael. f. 3. *M. Ioh. Witte* in Disp. Vit-
 temb. 1666. habita §. 2. alique, prouocantes imprimis ad varias
 An-

An-

Angelorum operationes, ad obsessos, oracula &c. Cum quibus etiam ex recentioribus facit *M. Godofredus Ohm* in Dissert. de Angelis malis ex lumine naturae demonstrabilibus Lipsiae 1704. habita. *M. Adam Leonhard. Reitz* in duabus pecul. Diss. de Existentia Angelorum e naturae lumine demonstrata, Vittemb. 1701. Cui vero statim sese opposuit *D. M. Turban* in Dissertat. de Angelorum existentia ex obsessorum effectibus non demonstrata Vittembergae 1701. quiq; ostendit, nullas posse allegari operationes, quae non vel DEO, vel animabus separatis, vel tertio cuidam enti, quale Daemones Platonici, tribui possint, cui posteriori etiam sententiae potior nostrorum Theologorum pars subscribit, singulos autem adducere ratio, instituti non permittit, interim vid. *Calovius* System. l. c. p. 16. et seq. *D. I. A. Schmidt* in comp. Theol. dogmat. C. IV. §. 1. p. 88. adde etiam *Dn. D. Krakerwitz* in Disp. Philologico-Philos. de Angelis ex Psal. 104. §. 13. Rostochii 1707. *M. Ioh. Schmid.* Disput. de Angelis ex principiis Philosophicis non demonstrabilibus Lipsiae pro loco 1672. habita. Quicquid autem huius rei sit, impraesentiarum studiosius, ne falcem in alienam mittere messem videamur, non inquiremus, sed aliis rem penitus introsipientibus ex professo iudicandum relinquemus, sufficit nobis, Angelorum existentiam ex lumine scripturae, quicquid etiam insultent Naturalistae, plusquam apodictice probari posse, testantur namque hoc tot scripturae loca, Lectori passim obuia v. g. Col. I, 16. Ebr. I, 7. Psalm. CIII, 20. C. IV, 4. Matth. IV, 6. &c. Indicant tot eorum nomina atque apparitiones, comprobant id Angelorum bonorum in veritate constantia ac beatitudo, et malorum apostasia atque supplicia, id quod fusius probavit *M. Christophor. Wilhelm. Beyerus* in Disp. Inaugur. de Angelis sub Praesidio *Dn. D. Breithaupt* habita p. 10. et seqq. Halae 1698. confer etiam *Petri Goldschmid's* höllischer Morpheus C. 3. §. 12. p. 62. et seqq. Hamburg 1704. 8. Miramur ergo non immerito coecitatem siue potius temeritatem eorum, qui S. etiam literarum

mo-

monumentis vocatis in subsidium, nihilo minus tamen Angelos, pro quibus nescio phantasmatibus atque somniis habere non erubescunt, inter quos agmen ducit *Thomas Hobbesius* de quo vid. *D. M. Turban* in Differt. antea cit. §. 1. et infra Th. 7. Cui etiam adstipulari videtur *Balthasar Becker* in libro suo, quem inscripsit *die bezauberte Welt* / quando lib. 2. cap. 8. p. vers. germ. 46. §. 2. in haec erumpit verba: *Man thut ganz vergebliche Mühe / ein Hauptstück von den Engeln aus der H. Schrift aufzusetzen / darinnen gelehret werde / was eigentlich die Engel oder Geister seyn an sich selber? Wozu sie von Gott geschaffen? Und was sie thun? &c.* Sed quemadmodum evidentissima Scripturae loca merito nobis anteponuntur licentiae effrenium ingeniorum, ita etiam longius, ne in eandem cum illis charybdem incidamus, ab eis discedere par erit.

Thef. VI.

Hisce itaque praelibatis, ad ipsam naturam et definitionem Angelorum nos convertimus, quae cum a variis varie exhiberi solet, nobis, licet aliis, ita placet breviter describere: *Angeli sunt substantiae Spirituales finitae, completae, a DEO trinuno ex nihilo creatae, ut DEUM celebrent et homines custodiant.* In qua definitione cum habetur verum eorum genus, quod est Spiritus, quo significatur eorum convenientia cum DEO et anima rationali, nec non differentia specifica, qua partim a DEO distinguuntur, qui est Spiritus infinitus Ioh. IV. 24. partim ab anima rationali, quae est Spiritus incompletus et naturalem ad corpus propensionem habet, paulo accuratius eam adhuc enucleabimus.

Thef. VII.

Generis loco diximus (1.) quod sint *Substantiae*, et quidem melioris declarationis ergo, ne saltem pro accidentibus, quo sensu vox Spiritus nonnunquam etiam accipi solet, habeantur. Ita olim quidem *Sadducae* Actor. XXIII, 18. secundum nonnullos Angelos motus quosdam hominibus inspiratos, censuere, quorum errorem ex orco quasi revocarunt *Manichaei* cum

Libertinorum Secta, de quibus vid. *B. Chemnitius* in locis communibus. Hos secuti *Anabaptistae*, quando Angelos esse actiones solum DEI, quibus bona remuneraret et mala puniret, delirarunt, conf. *B. D. Kromayer* in Theol. P.P. Art. IV. Th. X. Antit. Nec aliter *David Georgius* P. II. Mirab. c. 27. Lit. D. et Lit. A. contendit, dum Angelos esse virtutem ex DEO ad homines emanantem somniauit, de quo vid. *Ioh. Micraelii* Hist. Ecclesiastica p. 1369. cum continuatione *Hartnaccii* Lipsiae et Francof. 1694. 4. Sic sentit quoque *Thomas Hobbesius* in Leviathane cap. XXXIV, pag. 186. quando, Angelos in Scriptura S. descriptos, nihil aliud, quam somnia et phantasmata in animis piorum excitata ac signa praesentiae divinae supernaturalia notare, clamat. Et in hanc erroneam nimis quoque declinat viam *Scriptor quidam* in Concord. rat. et fidei p. 8. ita differens: *Quae de Angelis et Daemonibus tam in S. Scriptura, quam historia humana traduntur, sunt partim somnia, partim visiones siue apparitiones, partim phantasmata, partim morbi, partim figmenta et illusiones: Saepius quoque ideae hominis bonae pro Angelis, malae pro Daemonibus accipiuntur, vel ex falsa persuasionem, vel ex superstitione et metu. Diabolus nihil aliud in Ethica, quam pertinacia in damnum proprium vel alienum agendi, absque illecebris carnis vel mundi siue gloriae vanae, quae omnium Idearum est pessima.* Enim vero Angelos vere esse substantias, contra hos omnes dicimus atque prob. (1.) a nominibus substantialibus, dicuntur enim legati DEI, Filii DEI, imo in singulari Michael, Raphael, Gabriel etc. quae propria sunt personarum nomina. (2.) ab actionibus et passionibus personalibus, quales sunt: Apparere in forma assumpta, Gen. VIII, 1. seq. Matt. XXVIII, 2. 3. loqui Luc. I, 13. 28. DEUM laudare Psal. CIII, 20. nobis ministrare Eb. I, 14. de nostra poenitentia laetari Luc. XV, 10. venire posse auxilio Matt. XXVI, 52. labi et puniri 2. Pet. II, 24. Ep. Iud. 6. etc. quae nullis nisi personis vere existentibus tribui possunt. (3.) Quia nos erimus in futura vita *ισάγγελοι* Matt. XXII, 30. non

erimus autem tunc nudae ideae et phantasmata. Prolixius hoc ostendit *Petrus van Mastricht* Theolog. Theoretico-Practica Tom. prim. lib. 3. cap. 7. de Angelis pag. 343. Traiecti ad Rhenum 1699. 4. conf. etiam *B. Schomeri* Collegium novissim. Controverfiarum cap. VI. de Angelis §. 1. p. 81. Rostochii 1702. 4. De caetero nihil obstat, quod Adversarii hic movere solent, Daemones Paganorum inventum esse, idque ex *Apuleii* aliorumque Veterum de Daemonum doctrina satis patere; sibi ipsis enim respondere possunt, admixta quidem esse a Paganis quaedam fabulosa, de subtilissimis scilicet Daemonum corporibus, exinde tamen non minus ipsam de Daemonum existentia doctrinam in dubium posse vocari, quam palmariam omniumque hominum cordibus inscriptam hanc: dari existentiam DEI. Vid. *D.D. Loescheri* Praenot. Theol. Vittemberg. 1708. 4. p. 216. seq. Thef. VIII.

Quandoquidem igitur Angeli, ut euictum, sunt substantiae, essentiam ipsorum in cogitatione male ponunt Cartesiani, *Christophor. Wittichius* in Theolog. Pacifica p. 122. 175. 177. *Franciscus Burmannus* in Synops. Tom. I. Lib. I. cap. XLV. §. XI. et §. XV. pag. 353. Neque enim cogitatio est substantia, sed actio. Accedit, cogitationes Angeli esse varias et multiplices, Angelumque cogitationes formare ut ideas et conceptus. Si nunc cogitatio esset Angeli essentia, tot Angelorum forent essentiae, quot cogitationes, et Angelus se ipsum, quotiescunque cogitaret, semper produceret. Et aliud est aliqua res siue suppositum, et aliud operatio eius. Cum itaque cogitatio sit operatio entis intelligentis, non erit ipsum ens intelligens siue Angelus, sed Angelo in suo esse constituto demum competit cogitatio, vid. *B. Ioh. Adam. Osiander* in Colleg. consideration. in Dogmata Theologica Cartesianorum Cap. X. de Angelis p. 189. *Melchior Leidecker* in face veritatis Loc. VII, Controu. I. p. 301. seqq. Thef. IX.

Diximus (2.) quod sint *substantiae spirituales* i. e. Spiritus. Nota-

Notamus verò impraesentiarum circa vocem Spiritus, nos eam non accipere in sensu Etymologico, Physicis alias usitato, quatenus per Spiritum mox substantia sanguinis praestantissima in arteriis et venis, mox vero corpora subtiliora ac tenuiora, aer scilicet ac ventus, intelliguntur, vi enim Etymologiae vox Spiritus descendit a spirare, hinc Germanice appellatur Geist/Belgice Gheest a verbo gisten fermentare, unde Gist fermentatio, quae vocabula omnia ventum, halitum, vel spiraculum significant, vid. *Braunius* in *Doctrina Foederum* Vol. I. P. 2. C. XI. Loc. 5. de Angelis §. 4. p. 245. sed in significatione usitata et Metaphysicis trita, prout notat substantiam immaterialem omnique corporeae molis expertem, hoc sensu a Salvatore nostro Luc. XXIV, 39. describitur: *Spiritus est, qui non habet carnem et ossa.* Equidem priori in significatu veteribus *Chaldaeis, Platonis* et *Pythagoraeis* Angeli fuere Spiritus; Hi enim omnibus Spiritibus, excepto DEO Deorum, corpus attribuerunt, sed tenuius multo quam nostrum, de quibus vid. *Histor. Philos. Orient. T. Stanleii* de *Chaldaeorum* opinione, *Clericus* in *Pneumatol.* de Angelis, ut et *Dn. D. Ioh. Franciscus Buddeus* in *Element. Philos. Theoret.* part. 6. de Spiritibus C. I. de Spirit. creat. §. VII. p. 330. seq. Quos etiam secuti sunt nonnulli ex Scholasticis, ut *Caietanus, Eugubin. Bonavent. Richard. Aureol.* vid. *Arriag.* Tr. II. Disp. 3. S. I. p. 18. Quidam *Reformati, Arminiani* alique, quos magno adductos numero vide apud *Quensted.* l. c. p. 463. et seq. confer etiam *M. Gödicke* in *Diss. de praerogatiu. Angeli et animae rationalis* Lipsiae 1687. habita. Hanc quoque erroneam potissimum tuetur sententiam *Hobbesius* in *Elem. de Corpore* cap. XXII. et cum eo non pauci Medici ac Physici, affirmantes, quicquid reale existat, corpus esse debere, reliqua omnia pro phantasmatis habenda, vid. *Dn. D. V. E. Löescherus* l. c. praenot. contra *Naturalistas* III. p. 214. seqq. Nec desunt nostris temporibus, qui crassum illud dogma ex ipsa *Script. S.* quanquam male accepta, de nouo stabilire conan-

tur, inter quos *Burnetius* in *Archaeol. Philosoph.* Lib. II. delirans, Angelis fuisse materiam quandam tenuem aeris et ignis instar, *Cowardus* apud Londinenses afeclam nactus *Dodwellum*. Cum his omnibus quoque quam maxime facit Author tractatuli sub tit: *Curieuse Erwegung der Worte Moses Gen. VI, 2.* Amsterdam 1700. 12. de quo Autores des *Alten und Neuen* de anno 1701. Mens. Nov. p. 420: Der Author gestehet durch/ auß/ daß sein Vorhaben sey zu lehren/ es gebe solche Mittel-Geister/ die an sich weder gut noch böse wären/ sie hätten einen subtilen Leib/ und wohneten in Wasser/ Feuer/ Luft und Erde/ lebten sehr lang/ zeugten Kinder und stürben hernach &c. Daß aber der Teuffel darunter stecke/ ist auß dem Authore selbst Sonnen-klar/ wenn er unter diese Mittel-Geister rech/ net die Schedim oder verwüstende Geister/ die Satyros und Boct-Menschen/ den Götzen Pan und Dagon p. 24. des *Numae Egeriam* p. 36. des *Fausts-Engel* p. 4. wie er denn auch p. 5: die *Magiam*, so von der *Negromantia* nur im Gebrauch unterschieden seyn soll/ außdrücklich recommendiret. Verum huic quo minus subscribamus sententiae, obstant quam plurima, Dicuntur enim (1.) Spiritus Matth. VII, 16. Hebr. I, 14. Iam ex scriptura S. notum est, quoties haec vox de substantia intelligente dicitur, toties substantiam notat immaterialem (2.) obstant Angelorum proprietates, possunt namque solida corpora penetrare Actor. XII, 7. imo tota legio unum hominem occupare Marc. V, 19. Luc. VIII, 30. quod certe nullo modo fieri posset, nisi Angeli forent Spiritus, omnis corporeae molis expertes. Fufius quidem hoc possemus demonstrare, nisi alii iam dudum nobis ferias fecissent, quorum catalogum contexit *Quensted. l.c.* p. 466. quibus addi possunt *B. Meisnerus* *Philos. Sobr. P. I. Sect. 4.* p. m. 583. et seqq. edit. in 4. *B. D. Velthemius* in *Angeloscopia Sacra Aut. Resp. Iusto Andr. Henckel* *Ienae* 1691. habita §. 4. seqq. *Petrus van Mastricht* *Theolog. Theoretico Practica.* l.c. p. 344. seq. *Petrus Goldschmied* in dem höllischen Morphe-

phe-

pheus l. c. p. 245. et seqq. Interim Patres quod concernit, nominimus, eos quoque eundem ferme in modum scripsisse, sed cum saepe vel ex aliorum locuti sunt sententia, quod de Augustino certum est, vel vocem corporis non in physico sed metaphysico sensu, quatenus ὑφίσταμενον permanens et solidae realitatis notat, atque umbrae opponitur, acceperere, merito a quibusdam exculantur.

Thes. X.

Diximus (3.) quod sint *substantiae spirituales finitae, completae*, quibus verbis differentiam Angelorum specificam innuimus. Differunt autem Angeli a DEO, quod eorum essentia sit finita, DEI autem infinita, ab anima separata, quod eorum substantia completa, animae vero incompleta. Quae autem Angelorum finitudo probatur tum in essendo, quia non sunt infiniti, tum in afficiendo quoad quantitatem, quia non sunt imensi quoad numerum, siquidem nullus unquam numerus, quantuscunque etiam fuerit, tantus est, quo non possit dari maior, tum etiam in operando, quia non sunt omnipotentes, conf. *M. Gödicke* in Diff. ante cit. C. I. de conuenientia Angeli et animae ration. §. VI. Quod vero Angeli substantiae sint completae, est res per se notissima, quippe Angeli ordinati non sunt ad constituendum unum per se cum parte quadam componente, sed habent essentiam in se terminatam, vid. *M. David. Hollaz.* Exam. Theol. Acroam. l. c. P. I. C. IV. q. 4. p. 552. seqq.

Thes. XI.

Pergimus dicentes (4.) *a DEO trinuno creatae*. Causa enim Angelorum efficiens est DEUS trinunus, Pater Ps. CIV, 4. C. XLVIII, 2. 5. Hebr. I, 7. Filius Col. I, 16. et Spiritus S. Ps. XXXIII, 6. collat. cum I. Reg. XXII, 19. Nehem. IX, 6. quippe a quo hae substantiae Spirituales non minus ac reliquae a DEO productae creaturae suam acceperere originem. Merito hinc reiicimus *Aristotelis, Photini, Porphyrii* aliorumque deliria, quia Angelos DEO coevos et ab aeterno fuisse, somniarunt. Et

cum illis futoris *Iacobi Böhmii* somnia atque figmenta, qui Angelos nullum unquam habuisse initium, deliravit. Audiamus *Bohmium* in aurora cap. 14. §. 7. differentem: Daß die Geister/ auß welchen Lucifer herkommen/ nicht gewesen neue Geister auß etwas anders gemachet/ sondern es wären die alten Geister/ die keinen Anfang hätten gehabt/ die in Gott wären ewig gewesen/ de quo vid. *Micraelii* Hist. Eccles. cum continuat. *Hartnaccii* p. 1472. ut et *B. D. August. Pfeiffer* in der gerechten Sache Ratzeburg. 1695. 8. C. IV. p. 172. Esse enim creaturam, et nullum habere initium, omni modo et reuelationi diuinae et lumini naturae aduersatur.

Thes. XII.

Creatos igitur a DEO esse Angelos, cum a se ipsis esse nequeunt, certum est. Quod vero ad instans creationis primum, in quo nempe DEUS spirituales has creaturas creando produxit, cum de hoc in Scriptur S. tam expresse nihil occurrat, diuersae obortae sunt sententiae. Nonnulli ex Patribus tam Graecis quam Latinis, ut *Origenes* Hom. IV. in Es. *Gregorius Nazianzenus* Orat. XXXVIII. de natali Christi, *Basilii* Hom. 1. et 2. in Gen. *Chrysostronus* Hom. 62. in Gen. *Ambrosius* l. 1. in Hexaem. C. 5. et alii in ea steterunt sententia, Angelos diu ante mundum conditum extitisse, quam quoque sententiam a uide arripere Sociniani atque Arminiani, et ex illis *Limborchius* (de quo vid. *Lipsienses* in Actis 1686. p. 517.) qui Angelos, nescio quot seculis, rerum corporearum originem antecessisse, docuerunt. Alii uero nimis etiam, quam par est, ab hac deflexerunt via, inter quos *Eucherius Achatius*, *Gennadius* aliique, atque asseruerunt, Angelos demum post alias quascunque creaturas, adeoque post mundum hunc corporeum, productos esse. Sed cum neutra haec sententia ipsi creationis historiae recte est conueniens, neq; firmis ad eo nititur rationibus, merito a nostratibus Theologis reiicitur, non prior, quia ante mundum si creati essent, aeterni forent, omne enim ante-mundanum stylo scripturae est aeternum iuxta Psalm. XC,

XC,

XC, 2. Prou. VIII, 22. hinc ante creationis tempus nihil fuit, nisi DEUS, teste Iohanne cap. I, 1. seq. Quid? Quod et ipsa Script. S. non nisi unius mentionem facit creationis Gen. I, 1. et Moyses primum creaturarum principium sistit. conf. *B. Calou.* l. c. p. 40. et seqq. *Quensted.* l. c. p. 460. et cum illis *M. David. Hollaz.* Exam. Theol. Acroam. P. I. l. c. p. 556. Neque posterior, quia post sextum creationis diem DEUS ab opere creationis et nouarum specierum productione cessauit Gen. II, 2. quia Angeli iam tum in fundatione terrae DEUM laudarunt Iob. XXXVIII, 7. quia denique diabolus, tunc modo lapsus, Euam tentando fuit aggressus. Restat ergo adhuc media, quae Angelos intra sextiduum creatos esse dicit, quae autem sententia cum, ut ex haecenus dictis apparet, sit verissima, neque ab ipsa Scriptura S. est aliena, utpote quae in hexaemero perfectos esse coelum et terram cum omnibus exercitibus eorum Gen. II, 1. expresse asserit, illos etiam exercitus coeli et terrae Paulus Col. I, 16. explicat. Et mediam hanc cum omnibus nostratibus Theologis et nos amplectimur.

Thes. XIII.

Nondum tamen heic nimia ingenii humani curiositas quiescere, sed adhuc ulterius progredi voluit, atque certum quae-
rere diem, quo praecise producti fuere Angeli; Quoniam vero ex Scriptura S. nihil certi determinari potuit, adeoque quilibet eam, quae sibi probabilissima videbatur, elegit diem, hinc mirum, in determinando quantum discrepent, adeo ut nulla sit sextidui dies, quae non suos naeta fuerit Patronos. Primo statim die Angelos esse creatos, cum multis aliis Theologis etiam *B. Calouio* ac *B. Dannhawero* in *Hodosoph. Phaenom.* III. p. 280. sumptis argumentis ex Gen. I, 1. Iob. XXXVIII, 7. valde videtur probabile, cum quibus etiam facit *Dn. D. Christophorus Heluigi* in *Medicina Euangelica*, neque tamen haec omnibus arridere vult sententia, siquidem lux primigenia fuit substantia materialis, corpus lucidum et luminosum, materia Solis et Stellarum, quales non sunt Angeli, vid. *Dn. D. Hanneckenii*
Theol.

Theol. Polem. explicatio quoad Loc. III. et IV. System. de creatione et Angelis Thef. I. pro secundo die pugnat *B. Varenius* Com. in Gen. cap. II, 1. p. 161. et cum eo *Rabbi Elieser*, quod probare volunt ex ordine Daudico Ps. CIV, 4. verum nec haec est omni exceptione maior. Tertio die volunt quidam apud *Augustinum*, quia, ante coeli fabricationem Angelos esse conditos, ipsis improbable videtur, sed hos iam *Augustinus* Lib. II. de C. D. c. 9. ex operibus tertii diei refutavit. Ad quartum diem referendam esse putat cum aliis Theologis *Rabbi Salomon*, provocantes ad Solem, Lunam et Stellas isto die creatas, Angelos autem a Iobo Stellas vocari matutinas; At vero quia Angeli nec ad aethereum, nec ad aereum, nec ad ullum aliud externum, sed potius ad gloriosum pertinent coelum, ideo nec illa nobis approbanda sententia. Quintum diem qui creationi Angelorum destinatus, est Rabbiorum aliquis, eo quod in aere dominari et habitare dicuntur, quid autem hac de sententia sit habendum, non est quod multis indigemus verbis. Ad sextum denique diem qui creationem Angelorum pertinere censent, sunt *Achatius*, Episcopus, et *Gennadius*, quam quoque sententiam *Scharpius* in cursu Theol. argumentis illustrare voluit, quia videlicet creator in producendis creaturis ab imperfectioribus ad perfectiores processerit, sed hos itidem *Augustinus* suo modo tempore ex Iob. XXXVIII, 7. refellit. Melius proinde ac tutius esse cum aliis Theologis utpote *B. Chemnitio*, *Gerhardo*, *Forstero*, *Brochmanno*, *Quenstedio*, *Magnifico Dn. D. Fechtio*, aliisque recentioribus iudicamus, τὸ ἐπέχειν hic eligere atque certi nihil definire, quam ea curiosius inuestigare, quae tamen Spiritus S. nobis reuelare noluit.

Thef. XIV.

Materia ex qua Angeli sunt producti iuxta definitionem est τὸ nihil, dicimus enim (5.) *ex nihilo creatae*. Nulla enim certe vel dari vel nominari potest materia, ex qua Angeli sunt creati, accedit, quod Angeli sint Spiritus, Ps. CIV, 4. Ebr. I,

14. Spiritus autem, ut supra indicauimus, omnem omnino respiciunt materiam. Fallunt ergo atque falluntur *Pythagorici*, *Platonici*, *Muhamedani*, quotquot Angelos vel ex aethere vel ex aere vel ex igne productos esse, contenderunt: Fallunt etiam atque falluntur *Manichaei* ac *Priscillianistae*, cum quibus etiam faciunt recentiores quidam, quos Pietistas appellant, nec non *Becherus* in *Psychosophia* p. 21. docentes, DEUM, ut creaturas omnes, ita etiam ingentem Angelorum numerum ex sua produxisse essentia, aut enim producti essent exinde per generationem, aut per aliam quandam participationem. Non per generationem, quia Filius DEI est *μονογενής* id est unigenitus Ioh. I, 14. Non per aliam quandam participationem, quia essentia diuina est indiuisibilis et incommunicabilis, conf. *Kromayer*, *Theol. Posit. Polem. l.c. Th. XIII.* Haec praeprius etiam opponantur Sutori, *Iacobo Böhmio*, in libris suis obscurissimis passim contendenti, Angelos e diuina prodiisse essentia, vid. eius liber *vom dreifachen Leben* c. 4. §. 131. p. 6. verba ita habent: *Alle Geister sind aus dem centro des ewigen Gemüths erschaffen worden* et §. 29. *sie sind alle aus der Schärffe der Blicke im Rade der essentien geschaffen &c.* Imo in *Apol. 1. contra Balthas. Tilken* §. 521. p. 249. non veretur blasphemare scribere, etiam Diabolos e diuina prodiisse essentia, siquidem expresse illos nominat particulam essentiae diuinae.

Thes. XV.

Vindicata itaque atque probata Angelorum immaterialitate, immaterialitas vero secundum *B. Bechmannum* *Theol. Polem. Loc. 6. Controu. II. Sect. I. §. 1. p. 367. Francof. et Lipsiae 1698. 4. B. Velthemium* in *Diss. cit. §. 15.* cum sit causa atque radix intellectualitatis, per se nunc patet, Angelos in eo mentibus humanis esse similes, quod intellectu pariter atque voluntate praediti sint. Qui vero intellectus, cum ex ipsa Scriptura *S. 2. Samuel. XIV, 17. Tu Rex sapiens es sicut Angelus DEI* *Marc. XIII, 32. De die vero illo et hora nemo scit, neque Angeli,* tum etiam

C

ex

ex ipsis sermonibus, quos cum hominibus conferuere, euidenter probari potest, a nemine facile in dubium vocatur. De Angelicae autem intellectiois modo inter se non adeo conueniunt, aliis Angelos sine speciebus intelligibilibus, aliis vero per species intelligibiles intelligere, statuentibus. Prius volunt *Nominales*, *Durandus*, *Gabriel Biel*, *Guilhel. Occam*, *Gregorius Arminiensis*, aliique vid. *B. Quensted. System. l. c. p. 467.* Communis tamen est sententia, Angelos propter analogiam humanae cognitionis et distinctionem a diuina per species cognoscere intelligibiles, siquidem solus DEUS sine speciebus omnia in sua intueatur essentia, vid. *B. Scheiblerus Oper. Metaph. l. c. p. 201.* *Suarez. Disp. XXXV. Metaph. Rudrauff. Institut. Metaph. p. 909. seqq.* quibus add. *B. Scherzer. System Theol. Loc. IV. p. 99.* Lipsiae et Francofurti 1698. 4. *Hermannus Leberman Compend. Theol. sub praesidio Dn. D. Grapii ventil. cap. V. §. 10. p. 63.* Rostoch. 1706. 8. Quamuis tamen alii certi nihil hic determinare, sed potius, quicquid hac de re disputatur, pro meris, quibus immorandum non est, coniecturis habere velint, inter quos *Dn. D. Buddeus* in *Elementis Philos. Theoret. l. c. §. II.* cum quo consentire videtur *B. Dn. D. Sebast. Schmidius Compend. Theol. C. VI. §. 24. p. 170.* Argentorati 1697. 8. Certum tamen est, intellectum ipsorum, ut essentiam, esse finitum, unde non cognoscunt Angeli, cognitione certa, euidente ac intuitiva cogitationes et secreta cordis humani: Quippe quae solus DEUS nouit *Pfalm. CXXXIX, 2. 1. Reg. VIII, 39. 2. Paralip. VI, 30. Actor. I, 24. Rom. VIII, 27. 1. Cor. IV, 5. Ierem. XI, 20. C. XVII, 10. Pfalm. VII, 10. Sap. I, 6.* quicquid etiam *Antonius le Grand Instit. Phil. P. III, C. III. N. IV. seq.* et *M. Ioh. Schüllerus* in *Exercitat. Philosophicis L. III. Q. XXI. p. 219. seqq.* in contrarium obmoueant. vid. *Goldschmid l. c. p. 308. seq.* eiusd. *Berworfener Heren und Zauber Aduocat C. V. §. VII. p. 116. seq.* *Rudrauff. l. c. p. 920. seq.* *Bechman Theol. Polem. p. 367. seqq.* Neque etiam cognoscunt futura in se,

se, absolute et infallibiliter, quae raro fiunt, et pure casualia, de quo vid. *Rudrauff*. l. c. p. 919.

Thes. XVI.

Non tamen sibi tantum norunt Angeli, sed aliis etiam, quorum notitiam habent, notificare possunt, hinc lingua metapho-
rice ipsis attribuitur 1. Cor. XIII, 1. qua loquuntur sibi inuicem, et conceptus mentis suae mutuo sibi impertiunt atque manife-
stant, conf. Exercitatio Philolog. *M. Siricii* de Angelorum lin-
guis ex 1. Cor. XII, Vittenbergae 1683. habita. Quod autem
Angeli ita suo inter se loquantur modo, de eo sana ratio haud vi-
detur posse dubitare, cum homines loquantur, quos tamen in-
ferioris esse conditionis, vulgo statuitur, quod urget *Scheiblerus*
Oper. Metaph. l. c. p. 214. Praeprimis vero ex Scriptura S. Esa.
VI, 3. Dan. VIII, 15. C. IX, 12. seq. satis constat. Atque adeo
non tam de Angelorum locutione, quam de modo eiusdem sol-
liciti sunt Scholastici. Hic enim uti obscurissimus est, *Suarezio*
aliisque fatentibus, ita de eo determinando non exigua dissen-
sientium est copia. Varias autem eorum sententias adductas vide
apud *Dn. Ioh. Schützen* in Apparatu Biblico Tom. I. p. 205.
et seqq. Quicquid autem huius rei sit, in eo tamen plurimi
conueniunt, quod pro diuersitate obiectorum diuersimode lo-
quantur, aliter scilicet ad DEUM, aliter ad se inuicem, et aliter
ad homines, conf. *M. Christian. Gödicke* Diff. ante cit. de praero-
gatiua Angeli et animae rationalis C. I. §. 13. add. *D. Alberti*
Diff. de Locut. Angel. Licet praecise modus, quomodo ista lo-
cutio, unius praesertim Angeli, ad alium fiat, hominibus non
liqueat, vid. *Rudrauff*. Institut. Metaph. p. 933. seqq. et cum eo
B. Scherzer. System. Theol. p. 99.

Thes. XVII.

Intellectus vero, iudice saepe citato *Dn. D. Buddeo* in
Elementis Philos. Theoret. l. c. §. XI. p. 332. cum sit voluntatis
gratia, ita haec quin Angelis etiam competat, non est, quod
dubitemus. Id quoque testantur tot Scripturae S. assertiones,

sponte namque DEO dicuntur obsequi Psalm. CIII, 20. gaudere super conuersione hominum Luc. XV, 10. auere introspicere in mysteria salutis 1. Pet. I, 12. comprobant id porro eorum bonitas ac malitia moralis, obedientia ac inobedientia, praemia atque supplicia, quae omnia non nisi subiectis voluntate praeditis competere possunt, confer *B. Scherzer. System. Theolog. l. c. §. 7. p. 100. Petrus van Mastricht Theologia Theoretico-Practical. l. c. p. 341.*

Thes. XVIII.

Quemadmodum vero insignis Angelorum est scientia, ita etiam insigni eos potentia agendi atque virtute instructos esse, ex Scriptura S. certum est. Hanc quippe probant stupenda eorum opera in Scriptura S. descripta, possunt namque integros prostertere exercitus 2. Reg. XIX, 35. corpora de uno loco in alium transferre Act. VIII, 39. Unde etiam ob hanc eorum potentiam valentissimi audiunt robore Psalm. CIII, 20. Potentes 2. Thess. I, 7. Potestates Eph. VI, 12. conf. *B. Scherzer. System. Theol. l. c. p. 101.* Imo Viris conferuntur fortibus Ezech. IX, 2. Dan. VIII, 15. forti armato Matth. XII, 28. Luc. XI, 21. &c. Quae vero Angelorum potentia quantacunque etiam fuerit, finita tamen est, adeoque DEUM infinite plura posse, quam Angelos, dubitari nequit. Quare etiam fit, ut Angeli neque ex nihilo creare, neque substantias producere, neque miracula patrare et id genus alia, ad quae infinita requiritur potentia, producere valeant, modus enim essendi sequitur modum operandi. Fusius inter alios hanc tractauit quaestionem *Quensted. System. l. c. p. 468. seqq. add. etiam B. Calouius System. l. c. p. 28. Rudrauff. Institut. Metaphys. l. c. p. 945. seqq. B. Velthemius in Diss. supra cit. §. 25. p. 17. seq. M. D. Hollatz. Exam. Theol. Acroam. P. I. p. 560. quorum ergo breuitatis amore fit remissio.*

Thes. XIX.

Porro ex immaterialitate Angelorum sequitur, eos esse immortales atque incorruptibiles, sola namque materia est principi-

cipi-

cipium corruptionis, et quidem Angelos esse immortales, ex ipsa Scriptura S. utpote Matth. X, 28. haud inualide colligitur, non quidem simpliciter ac absolute, considerando eos in ordine ad diuinam potentiam, quo pacto solus DEUS 1. Tim. VI, 16. immortalis dicitur, sed per conseruantis DEI gratiam. Vid. *B. Hülfsem.* Annot. ad Brev. cap. III. Thef. IV. Oper Posth. fol. II 47. seq. *Scherzer.* Nucl. Philos. p. 385. *D. Ioh. Meisner.* Disp. Theol. de immortalitate C. 2. §. 14. seq. qua enim sublata rueret hoc uniuersum, interirent singulae creaturae, annihilarentur Spiritus, *M. Christianus Gödicke* Diff. cit. C. I. §. 10. Fallit ergo atque fallitur *Plutarchus* Lib. de Orac. defectu, Daemones post longissima temporum spatia, annorum scilicet nouies mille septingentorum et viginti mori, scribens, et cum eo *Porphyrus*, ad mille tantum annos uitam illorum extendens, vid. *D. Heluigi* Orat. de Memoria S. Angelorum. Neque audiendus *Cardanus* sub fin. libror. de varietate rerum scribens: *Patrem suum a Daemone, quo familiariter utebatur, accepisse, oriri eos et interire, et quantum ipse coniectare potuerat ex facie et aetate, secum qui conuersabatur, Daemonis, visum sibi esse eorum uitam 300. vel ad summum quadringentis annis terminari,* conf. *Magnif. Dn. D. Mayerus* Diff. cit. Thef. IV. ut et plur. reuerend. *Dn. Praeses* Dissert. utrum detur aliqua Diaboli in hoc mundo operatio? Gryphiswald. 1706. habita Corolar. III.

Thef. XX.

Quoniam vero Angeli Spiritus sunt finiti, exinde nunc denique sequitur, Angelos esse in ubi, in quo quoad essentiam praesentes sunt. Uti vero triplex communiter datur praesentiae distinctio inter locum, ubietatem et ubiuitatem, ita triplex quoque est adessendi modus, repletius, circumscriptiuus et definitiuus. Primus essentialiter competit DEO, hic enim ob immensitatem suam omne omnino respuit ubi, et definitiuum et circumscriptiuum, vid. *M. Christianus Gödicke* Diff. saepe cit. cap. 1. §. 12. *L. Heim. Reinesius* Extens. Theol. Technicae

L.5. Thes. 7. p.66. *D.Phil. Lud. Hanneken* ex Th. de quaesitis nonnullis circa lapsum Angelorum §. 6. p. 12. seq. *D. Christ. Sonntag* Angelopoeia diuina ex Psalm. CIV, 4. Memb. 3. §. 1. seq. Secundus competit corporibus, quae quidem tota sunt in toto spacio, non vero tota in qualibet spaciiparte. Tertius denique modus ipsis communis est angelis, quippe qui propter naturalem essentiae suae finitudinem ita aliquod π° sibi definiunt, ut sint toti in toto ubi, et toti in qualibet parte ubi, vid. *Quensted.* System. l. c. p. 446. *B. Meisnerus* Phil. Sob. l. c. Q. 2. p. 587. seqq. *M. David Hollaz.* Exam Theol. Acroam. l. c. p. 561. seq. *Iob. Schützen* Appar. Bibl. Tom. I. p. 216. Haec autem Angelorum praesentia non in nuda tantum consistit operatione, prouti contendunt Cartesiani, sic enim ex illis *Christ. Wittichius* Theol. Pacif. §. CLXXV. *sunt ergo, inquit, Angeli in loco quandocunque operantur respectu istius operationis, et quando non operantur, sed tantum cogitant intra se, opus non habent loco.* Cum quo faciunt *Burmannus* in Synopsi Lib. I. cap. 54. §. 37. p. 358. *Claubergius* de Cogitatione DEI et nostri Exercitat. 66. §. 16. ut et *Antonius le Grand* in Institut Philosophiae P. III. cap. 7. n. XX. p. 195. et seq. sed sunt praesentes respectu suae essentiae vel substantiae, quod prob. (1.) quia in Epist. Iudae ψ . 6. Angeli dicuntur suum deseruisse domicilium, in corporibus assumptis apparuisse et per illa operationes edidisse, imo dicuntur venire, abire, descendere, transire Dan. VIII, 16. C. IX, 21. seq. Actor. XII, 7. Quis autem crederet, Angelos per meras saltem operationes suum deseruisse, aut etiam deferere potuisse domicilium? Quis crederet, Angelos certis se univisse corporibus, neque tamen per essentiam illis adfuisse? (2.) ex recta ratione, quae docet, Angelos ratione essentiae suae, ipsis etiam fatentibus Cartesianis, esse finitos, ergo vel in ubi definitiuo, vel circumscriptiuo, neque enim ubietas, tanquam entis affectio, ab ente potest separari, quia autem Angeli non sunt in ubi circumscriptiuo, ergo in ubi definitiuo. Accedit et (3.) si
An-

Angelus est alicubi per suam operationem, hinc necesse est, ut adfit quoque per essentiam, quae est operationis istius principium. Nam operatio, ceu proprium, praesupponit essentiam, vid. *Leidecker* in *Face Veritatis* p. 320. seqq. *Iob. Adam. Osiander* Colleg. Considerat. cap. X. de Angelis Th. II. p. 195. et seqq. *Stutgardiae* 1684. 8. *Petrus van Mastricht* Theol. Theoret. Pract. l. c. p. 346. seq. ut et in *Gangraena* cap. 23. p. 405. seq. add. *Hermannus Leberman* Comp. Theol. l. c. §. 7. p. 62. seq.

Thes. XXI.

Ex quibus ergo iam apparet, quod, cum Angeli natiua sua finitudine sint in ubi, non possint esse naturaliter per suam essentiam in pluribus ubi simul. Denuo hoc volunt Cartesiani, vid. *Wittichius* in *Theol. Pacif.* §. 183. Quam vero sententiam et nos denuo reiicimus, quia (1.) in Scriptura S. Angeli dicuntur descendere, ascendere *Gen. XXVIII, 12.* accedere Christum, antea eidem non praesentes *Matth. IV, 11.* ex uno denique loco, obsessis scilicet, in alium, porcos nempe, migrare *Matth. VIII, 32.* tali autem quid opus fuisset migratione, si potuissent in pluribus esse locis simul? Quia (2.) per hoc Angeli forent omnipraesentes, quod tale tamen est proprium, quod nulli competit creaturae, sed soli DEO. Quia denique (3.) etiam recta docet ratio, quod omne finitum in uno tantum possit esse ubi, siquidem affectiones sequuntur indolem entis. Fusius de hoc egit *Petrus van Mastricht* *Gangraena* nouitatum Cartesianarum p. 412. seqq. add. *Leidecker* l. c. p. 320. seqq. *Osiander* l. c. p. 197. seqq. *Hermannus Leberman* l. c. p. 63.

Thes. XXII.

Hos etiam Angelos magno a DEO productos esse numero, ex *Dan. VII, 10.* *Matth. XXVI, 13.* satis superque constat. Qui vero et quantus iste numerus sit, nobis in hac mortalitate non liquet. Nec est, ut quidam ex *Matth. XXVI, 13.* eum determinare velint, neque enim Christus l. c. praecise Angelorum definiuit numerum, sed plures esse, diserte asserit, conf. omnino

B. Scher-

B. Scherzerus System. Theol. l. c. §. 17. p. 108. Equidem Pontificii, suis, quas saepe iactitare solent, reuelationibus satis noti, *S. Brigittae* reuelatum esse dicunt, Angelorum numerum sic excedere numerum hominum, ut cuilibet homini decem in custodiam dari possent. Iam vero, si uniuersus hominum numerus secundum *D. Zimmerman* Anal. Menstr. M. 2. c. 9. p. 91. seq. confurgeret ad 30. vel 40. millia millionum, et unicuique decem assignarentur Angeli, Angelorum numerus ad trecenta vel quadringenta millia millionum se extenderet. Similiter *Thomas Aquinas* Quaest. 50. Artic. 4. p. 1. existimat, quod Angelorum numerus superet omnium aliarum rerum numerum. *Mich. Waltson*. Union. Sap. 53. P. 2. C. 7. §. 1. p. 19. Alii Angelorum lapsorum numero adaequare numerum electorum hominum, quasi in supplementum datorum. Sed haec omnia nuda et tantum sunt speculationes, nullam apud recte sentientes fidem merentes, vid. *Jacob. Martini* Theorem. Theol. Colleg. I. Disp. 27. §. 15. *D. Guilh Selden* in Otis Th. l. 3. Ex 8. §. 10. p. 550. *D. Zimmerman*. l. c. p. 87. *Schottus* Phys. Curios. l. 1. c. 4. p. 8. seq.

Thes. XXIII.

Ingens itaque cum sit Angelorum numerus, hinc ordinem quoque esse inter eos, nullo modo asserere dubitamus, siquidem DEUS est autor ordinis et confusionis osor 1. Cor. XIV, 40. Imprimis vero hic ordo ex diuersis apparet nominibus et appellationibus Col. I, 16. Eph. III, 10. collat. Ezech. IX, 3. Ies. VI, 2. 1. Thess. IV, 16. ut taceam, esse inter ipsos malignos Spiritus ordinem aliquem Matth. XII, 24. Apoc. XII, 7. seq. Qui vero ordines et quales sint, variae variorum sunt sententiae. *Platonici Philosophi* suos Genios in supracoelestes, teste *Iamblich*o in mysteriis Aegyptiorum, distinxerunt. Ut nihil dicam de Iudaeis, qui etiam pro diuersis angelorum sedibus et officiis diuersos numerarunt ordines, quorum commentum de Angelorum ordine, quos viros appellant, exhibet *D. Franciscus Burmannus* Synops. Theol. T. I. l. I. c. 45. §. 45. p. 360. 363.

Fran-

Francisci Lusthaus der Ober- und Nieder Welt. Disc. 4. p. 88. seq. *M. Imman. Weber* Disp. 2. de Politia ante lapsum c. 2. §. 6. Hos sine dubio secuti *Pontificii* et *Scholastici*, quando ex pseudo-Dionysio lib. 1. de coelesti Hierarchia c. 6. angelos in novem distinguunt ordines, et hos iterum in tres Hierarchias, *supremam* (*ἐπαρχίαν*) in qua sint *Seraphim*, *Cherubim* et *Throni*, hos Angelos, dicunt, esse quasi cubicularios et Assessores DEI, qui DEUM immediate cognoscant, et diuinas reuelationes ad reliquos deriuent: *mediam*, (*μεσαρχίαν*) in qua *dominationes* et *potestates* locant, putantes, hos Angelos habere generale militantis Ecclesiae regimen: et denique *tertiam*; (*ὑπαρχίαν*) ad quam spectent *principatus*, *Archangeli* et *Angeli*, qui regimen Ecclesiae militantis speciale, et custodiam singulorum hominum habeant, de quibus vid. *Quensted.* System. l. c. p. 479. *B. Scherzerus* System. Theol. l. c. p. 108. *B. Velthemius* Diff. ante cit. §. 24. *Petrus van Mastricht* Theol. Theoretico-Practica l. c. p. 347. seq. Quales autem novem Angelorum ordines, tanquam Iudaeorum atque Pontificiorum commentum, merito reiicimus. Quia (1.) fundamentum, cui hunc superstruunt ordinem, videlicet novem ista nomina, est nimis lubricum atque arenosum, siquidem non novem tantum nomina, sed plura alia de Angelis usurpata in Scriptura S. reperiuntur, v. g. quando appellantur *Filii DEI* Iob. I, 6. C. II, 1. *stellae matutinae* Iob. XXXVIII, 7. *vigiles* Dan. IV, 14. *exercitus* Luc. II, 13. &c. Quidni ergo plures constituuntur ordines? Quia (2.) ipse Apostolus Paulus Col. II, 18. istam curiositatem expresse damnat. Quam Apostoli vocem de aliquibus Scholasticorum Doctoribus, certos Angelorum ordines, certasque *Hierarchias* constituentibus, eleganter adhibent *Gerhard* Loc. de Creat. et Angel. §. 54. *Dannhaw.* P. 1. Hom. Acad. p. 55. *M. Christoph. Sonntag* Disp. Inaug. de ignorantia Theologorum laudabili cap. 8. §. 3. p. 41. *M. Gottfried Michael Jetter* Diff. Philos. de Ignorantia docta §. XI. Accedit (3.) quod ipse *Dionysius*, ad cuius auctoritatem commu-

D

ni-

niter prouocari solet, non solum valde suspectus fit etiam quibusdam ex Pontificiis, utpote *Eccio, Caietano, Laurentio Val-lae, Erasmo, du Pin*, aliisque, sed et nostri, eum non nisi spurium esse Autorem, ex ipsius scriptis et tumido dicendi genere satis superque demonstrarint. vid. *Robertus Cocus* in censura quorundam Scriptorum veterum p. 94. seqq. *Quensted. Syst. l.c. p. 480. seq. B. Bechmannus Theol. Polem. p. 384. seq. Auto-res der Unschuldigen Nachrichten* de Anno 1704. p. 429. et seqq. Proinde nos potius cum *Augustino* cap. 29 *Enchir. ad Laur.* dicimus: *Quid inter se distent quatuor illa vocabula, quibus uniuersam societatem Apostolus est complexus Col. I, 16. dicant, qui possint, si tantum possunt probare, quod dicunt, ego me ista ignorare confiteor.*

Thes. XXIV.

Finis denique Angelorum reliquis definitionis absoluitur verbis, quando dicimus (6.) *ut DEUM celebrent, et homines custodiant.* Qui vero finis alius est in ordine ad DEUM, alius in ordine ad homines. Finis in ordine ad DEUM est, ut *Eum celebrent*, haec autem celebratio in eo iam consistit, ut DEO perpetuo adstent, eiusve laudes indefinenter canant, *Pl. CXLVIII, 2. Luc. II, 14.* unde *ἄγγελοι* Angelicanum *Es. VI, 3. Apoc. IV, 8.* huc spectat etiam, quando iussa eius expediunt, eius voci auscultant *Pl. CIII, 21.* ac voluntatem ipsius faciunt *Matt. IV, 10.* quae omnia tendunt ad aeterni Numinis celebrationem, atque gloriam, conf. *B. Scherzer. System. Theol. l.c. §. XI. p. 102. seq.* Finis vero in ordine ad homines est, *ut ipsos custodiant.* Quae autem custodia versatur partim circa singulos seorsim, partim etiam circa eos, qui in societate quadam sunt constituti. Circa singulos seorsim in vitae ingressu, progressu, et egressu. In vitae ingressu, infantum rationibus prospiciendo *Matt. XIX, 10.* in vitae progressu, adultiores custodiendo *Pl. XXXIV, 8.* In vitae egressu, animas in sinum Abrahae deportando *Luc. XVI, 22.* Circa status vero, tum Ecclesiasticum, ministerium verbi diuini
pro-

promouendo Deut. XXXIII, 2. Gal. III, 19. natiuitatem Christi annuncians Luc. I, 26. C. II, 9. idololatriam profligando Epist. Iud. 9. tum Politicum, pro religione et iustitia vigilando Dan. X, 13. Magistratum defendendo Dan. VI, 22. tum denique Oeconomicum, felicia coniugia procurando Gen. XXIV, 7. rem domesticam custodiendo Iob. I, 10. conf. *M. David Hollaz. Exam. Theol. Acroam. l. c. p. 573.*

Thes. XXV.

Quaquam vero Angeli nostri sunt custodes, minus tamen recte ideo nostri dicuntur ministri, multo minus serui, quia (1.) Angeli hominibus sunt superiores, iam vero proprie loquendo nunquam superior seruit minori, neque enim omnis, qui alteri praestat utilitatem, vel custodit aliquem, statim eius minister siue seruus est dicendus. Alias et sic Reges atque Principes subditorum suorum ministri atque serui forent. Quia (2.) haec est praerogatiua Saluatoris nostri, cui volenti Angeli, tanquam Hero suo, ad nutum adesse eique seruire tenentur Matt. IV, 11. Vid. Magn. *Dn. D. Fecht. Philocal. Sac. Thes. Polem. p. 53. seq. Rostoch. 1708. 4. Hermannus Leberman. Compend. Theolog. l. c. p. 66. et seq.*

Thes. XXVI.

An autem quilibet homo suum peculiarem habeat Angelum, disquiri solet. *Gentiles* olim tale quid sensisse, teste *Augustino Steucho, Eugubino* de peren. Philosoph. lib. VII. c. 18. et *Mart. Delrio* Dilquisit. Mag. lib. 2. quaest. XXVI. Sect. 2. in aprico est. *Rabbini* item, et *Cabbalistsae* quid doceant in hanc rem, dum non solum singulis hominibus, Regnis et Prouinciis, sed Astris quoque, et Planetis, imo et bestiis suos praeficiant Angelos, prout Pontificii ipsis ex Sanctorum numero Patronos et curatores dederunt, videri possunt apud *D. Franciscum Burmannum* l. c. c. 46. §. 26. p. 371. *Erasmus Francisci* wunderliche überzug unserer Nieder-Welt/oder Erd-umbgebende Lust-Kreis. Disc. 1. p. 438. seq. Nec abluunt *Muhamedani*, uni circumciso du-

os destinantes Angelos, alterum a dextris, alterum a sinistris, quem custodire, dicunt, hominem, donec moriatur, vid. *Lonicerus Chron. Turcic. Tom. I. cap. XXIV.* Similiter *Doctores Scholastici, Lombardus, Bonaventura*, aliique, ut et *Pontificii* singulis hominibus, ipsi etiam Anti-Christo, Angelum bonum et custodem praeficiunt, vid. *Quensted, Syft. l. c. p. 483.* Nos vero dicimus, indefinitam esse Angelorum custodiam; neque, certos quosdam Angelos certis hominibus destinatos esse, ex Scriptura S. probari potest, siquidem nullibi id Scriptura dicit, iam vero aliunde id nobis innotescere nequit, quin potius contrarium dicit, quando uni homini totas tribuit Angelorum phalanges *Gen. XXXII, 2. 2. Reg. VI, 17. Ps. XCI, 12.* Sicut aliquando unum Angelum pluribus addicit hominibus *Ps. XXXIV, 8. conf. B. Dannhauer. ἀγγέλων φύλαξις ex Matt. XVIII, 10. S. 2. Q. 2. p. 17. seq. I. A. Osiander Th. Cal. P. I. p. 569, D. Becman. Doctr. Mor. c. 9. §. 1. p. 223. seq. Quamuis tamen aliis, utpote B. Hülse-
manno, haec sententia quidem incerta, non autem haeretica videatur, conf. B. Scherzer. Breuiar. Hülseman. Enucl. Lips. 1687. 4. p. 183. seq. M. Ioh. Henr. Stockhart in *Σοκρυστικά* Spiritus erudito familiaris c. I. S. I. §. 8. alii iudicium suum hic suspendant, ut B. Brochmannus System. Artic. de Angelis C. II. Q. IX. alii affirmantium sententiam non simpliciter velint reiicere, negent autem, ex Scripturis illam posse probari; Ita Bb. Dannhauerus Lact. Catechet. P. IV. fol. 402. Gerhardus Dispp. Isagogicarum XIII. fol. 542. Balduinus Casib. Conscient. Lib. III. c. 1. p. 538. Calouius System. Tom. IV. p. 77. seq.*

Atque ita iam L. B. ea, quae circa Angelos in genere pro ingenii nostri viribus notare volumus, absoluimus. Constitueramus equidem tractationem de Angelis in specie bonis subiungere; verum et temporis angustia et chartae limites prohibuere. Interim haec, qualiacunque sunt, beneuola mente accipe. Nos autem DEO T. O. M. pro suis concessis viribus aeternas decernimus grates.

F I N I S.

ERRATA. Pag. 7. lin. 2. leg. faciunt. Pag. 8. l. 14. leg. charybdim. Pag. 12. l. 17. leg. Necromantia. Pag. 13. l. 5. leg. Physico. Th. XI. l. 7. leg. aliorumque, Th. XIII. leg. qui. Reliqua L. B. ipse corrigat.

Coll. diss. A. 99, misc. 46